

Soc.  
adnexis:  
gen.  
ca.  
nus VI.  
ar lit.  
1715.

90


















# REVERENDO IN CHRISTO

Patri ac Dño. D. Petro, Dei gratia

Abbati Portensi, prudentia, vigi-

lantia pietate meritisque cō-

spicuo. S. D.

**R**EVERENDE PATER AC DOMINE PER <sup>quam</sup>  
gratiosè, nouos hisce diebus libellos Teutonicos edi-  
dit Martinus Lutherus, quibus impudentissime furib  
debachatur atq; calumniatur publice, non solum in Papam  
Cardinales, Episcopos oëm; Clerum, verum etiã in Cæsaris  
nostri oëm; Principũ & statuũ sacri Roma. Imperij Edictũ  
publicum & in Acta Comitiorũ Augustensium, Notatim  
Vero traducit Insignes eruditione, prudẽtia, longaq; pluri-  
marũ & maximarum rerum experientia viros, Duos Car-  
dinales, Campegiũ & Salcsburgensem, Sedis Apostolicæ  
Legatos, hunc natũ, illũ de latere, Idq; facit ex verbis, quæ  
suggessit ei M. Phil. Melanchthon, iam uti non ignoro,  
Philippũ illũ priuatĩ cursitasse Augustæ ad multos, ac dul-  
cia dedisse verba, quibus rhetorice cõmendabat sectæ suæ  
doctrinas, Ita minime credo, Cardinales illos dixisse ea ver-  
ba, quæ ex ore Philippi sui iactitat Lutherus, Nẽpe Campe-  
gium dixisse, Possè quidẽ admitti eorum dogmata, sed prop-  
ter exẽplũ, ne ab alijs quoq; Natiõibus adprobẽtur, admitti  
non debere. Salcsburgensem vero. Placere qdẽ sibi eiusmodi  
doctrinas, sed displicere locũ, quia indignũ sit, ex angulo &  
antro Vuittenbergæ prodire ac mũdo præscribi talia dog-  
mata

a ij



*malis firmiter sane credo. Vtrūq; cōstantissime negaturū, se  
talia dixisse, scio. n. vtrūq; q̄maxime displicere Lutheri dog-  
mata, Et ex ore vtriusq; lōge aliter audui q̄ retulit Luthero.  
Philippus, Etenī quū Augustæ quoq; Philippus eiusmodi q̄  
dam verba de Card. Campegio iactitasset falso, vir ille in cō-  
spectu multorū Theologorū publice querebatur de eius mē-  
i . dacis, & protestabatur, se nihil corū admisisse nec vnq̄ ad-  
missurū esse, de quibus ille falso iactitaret. Audiui preterea,  
R. D. Doctorē Iohannē Fabri dixisse illic Nobili cuidā Mis-  
nensi, me coram astante, vt diceret Philippo, nisi desisteret  
circuire Hispanorū hospitia, illisq; excusare ac probare &  
sua & Lutheri sui scripta, ipse absurdissimos aut odiosissi-  
mos errores eius publice Ecclesiarū valuis affixurus esset,  
Impudentissime itaq; mētitur, q̄sq; iactitat, Cardinales illos  
vel admisisse vel approbasse doctrinas Lutheri. Blandis autē  
verbis Philippi ad Card. Campegiū, ego Augustæ amice re-  
spōdi, Noluit tum legatus, vt æderē ibi, quia non ædiderat  
sua verba Philippus, Nunc autem ædo, propter mendacissi-  
mos libellos Lutheri nup æditos, Nec Philippus verba sua  
negare poterit, quia possem eū proprio ipsius Chirographo  
infallibiliter cōuincere. Bene valeat R. D. T. Abbas perq̄  
venerande, mihiq; semper ac reucrenter obseruande.*

*Ex Dresda. XIII. Calendas Maias.*

*M. D. XXXI.*

*R. D. T.*

*Deditus Iohānes  
Cochleus. D.*



Petitio M. Philip. Melanchthonis Ad Card.  
Campegium, Legatū Apostolicum de latere.

DE VTRAQVE SPETIE  
SACRAMENTI.

**R**OMANA ECCLESIA NIHIL  
faceret alienum sua clementia, si pmitteret nobis vti vtraq; spetie sacramenti, pfer-  
tim cum non damnemus alios, & fateamur in  
spetie panis verū corpus Christi contineri, aut ut  
per cōcomitantiā sanguinis, adeoq; integrum  
Chm in spetie vini itidem integrū Christum. em

RESPONSIO. D. IO.  
COCHLEI.

Posset, Philippe, Ro. Ecclesia Laicis vestris  
vtraq; spetiē pmittere, non dubito, An vero  
expediat ita fieri, vehementer dubito, immo  
inficior & pernego. Primū. Quia p hoc, non  
secus atq; Bohemi, diuisi ab vnitae Ecclesiae  
Vniuersalis, ceteris Nationibus videbimini, &  
peculiarī quodā vocabulo, velut discreti ac se-  
parati, ab illis vocabimini Lutherani potius q̄  
Chriani Nūc tu ipse iudica, nūqd honesti<sup>s</sup> sit a  
Luthero potius q̄ a Christo nomen habere.

Deinde, Perpetuū hoc modo cōstitueretur  
inter



Inter Germaniæ populos, atq; adeo inter vicina  
nas vrbes & pagos dissidiū, sicut in Bohemia  
cōtigisse videm⁹. Vbi etiā in vna eadēq; vrbe  
odibilis et inimica est diuisio, dū alij ab vna, alij  
ab vtraq; spetie nomē habent. Et in signū diuisi  
ōis, ij qui vtraq; spetie vtuntur, calicē ad pin  
gūt, aut exculpūt seu incidunt in parietes tem  
plorum turriūq; & horologiorū suorū, Id qd  
hisce oculis meis nup vidi, fines eorū ingressus.  
Quid vero boni tale parere queat dissidiū, vbi  
quotidianis rixis aut cōtentiōibus atq; cōuicijs  
pars altera alteram irritat, contemnit, irridet,  
opprobrat ?

Tertio. Nō facile possent hoc modo ad per  
fectā reduci vnitatē populi Germaniæ, qua sa  
pian oēs idipsū, ac sint pfecti in vno sensu &  
vna sciētia, vt iubet, Apostolus, sed iugis foret  
disceptatio inter partes, discretaq; vocabula,  
vt expuncto aut obliterato Christi nomine, hi  
Romanistę aut Romanenses, illi Calixtini aut  
Lutherāi seu Lutherisci nominarētur. At hoc  
cederet in dispendiū charitatis, atq; ad iniuriā  
Chrī, Cuius benedictū nomē verteretur in alia  
vocabula, q̄ schismatis occasionē sp̄ indicarēt.

Quarto. Nec facile posset poenitus vel p̄ca  
ueri vel tolli error ille, quo rudis populus credi

LXXV



unus esset, plus de Chro contineri sub vtraq;  
 specie q̄ sub altera. Quā n, aliam rationē cape  
 possent Ideote, q̄ externa tm̄ & sensibilia seq̄  
 ac diiudicare solēt, Cur vtrāq; potius q̄ alterā  
 speciē desyderare debeāt? Cū igit̄ tu ipse fatea  
 ris (licet lōge aliter sentiat alicubi Luther⁹ tu⁹) *Luth. ad*  
 in specie panis totū Chrm cōtineri. Quid opus *Waldē*  
 est quēso, hāc errādī occasionē populis nostris *ses et cō*  
 obtrudere, aut iam obtrusa; apd̄ eos relinq̄re? *tra man*

Quinto, Neq; item facile posset p̄caueri, ab *datū Ep̄*  
 incauta & rustica plebe, irreuerentię & effu- *Misneñ.*  
 sionis iniuria, circa speciē vini. Videmus enim  
 q̄ inepti & stupidi esse solēt pleriq; ex rure, qñ  
 primū accedunt ad sumendum ex manu sacer-  
 dotis corpus domini, vt multis etiam in clama-  
 tiōibus excitati, vix tandem os recte aperiant  
 vt super linguam speciē panis rite accipiant.  
 Quid ergo futurum putemus, si speties vini, q̄  
 facili casu posset saltem gutta aliqua excidere  
 ab ore sumētis, om̄ibus vulgo daretur?

Sexto. Sunt qui vini gustū non ferunt, Sūt  
 qui abstemi; natura sunt, Sunt infirmi quibus  
 vinum veneni loco foret, Sunt grauidę mulie-  
 res, quæ ne odorem quidē vini sine nausea  
 seu horrore admittunt, Sunt deniq; Nationes  
 aliquę, quibus non sunt vites aut vineæ. Quid  
 ergo?



ergo? nūq̄d propter instantiam vestram de-  
bent eiusmodi ad impossibile obligari? Hęc p̄  
cul dubio Ch̄rus om̄ia p̄sciuit, Ideo credendū  
non est, ip̄m vtranc̄q̄ sp̄etiem passim om̄ibus  
dandam instituisse, sed reliquisse potius in ma-  
nu Ecclesię, quę per Spiritum sanctum sciat  
vnicuiq̄; dare vt oportet.

Septimo. Sp̄eties vini nō posset sicut sp̄eties  
panis, diu conseruari absq̄; sui corruptiōe Neq̄;  
sine periculo effusionis ad infirmos aut ad pre-  
gnantes p̄ more ac necessitate in viaticū p̄ pla-  
teas aut trans campos asportari, Neq̄; a tremu-  
lis ex morbo aut dolore labijs cōmode sumi.  
Et pdunt historię, plerosq̄; sanctorū Patrum  
corp̄ dñicū absq̄; calice in extremis reuerenter  
accepisse. Quēadmodū legit̄ de S. Dyonisio  
S. Ambrosio S. Hieronymo &c.

Nunc igitur mecū, quęso, expēde Doctiss.  
Philippe, vtra pars equiora petat, An nostra,  
vt fatiatis qd̄ nos facim⁹, et vos q̄q̄; ante decē-  
nium p̄ximum fecistis, & sine autoritate vlla  
facere desistis, An v̄o vestra, quę citra p̄cep-  
tum Dei, absq̄; om̄i necessitate, vltro ad tot pe-  
ricula, scandala, difficultates, & erroris occasi-  
ones, contra totius Ecclesię Occidentalis con-  
suetudinē, & citra Nationū aliarū cōsensum,  
ad



*Darius*  
ad vtranq; speciem properat.

Si nobis obijcias Institutionē Chri, Dicim<sup>9</sup>  
Christum Laicis vtranq; speciē nunq; pcepisse  
se, Quin potius alterā dedisse, vt Augustino  
alijsq; videtur, duobus discipulis in Emaus.  
Si obijcias verba textus, Bibite ex hoc omes,  
Dicimus id Apostolis dictū esse, Id qd' Marc<sup>9</sup>  
attestatur dicens, Et biberunt ex eo omes. Si  
obijcias Grecos aut Bohemos, Dicim<sup>9</sup>, illis nū  
q; pfuisse istud diuisionis cōsiliū, foeliciores  
essent vtiq; tum Greci tum Bohemi, si non ab  
Ecclesia vniuersali descuissent vltro. Sed neq;  
Bohemi omes vtraq; spetie vtuntur, & prudē  
tes affirmant, resq; ipsa docet, melius fore illis, si  
nullū vnq; schisma admisisset. Quid deniq; cō  
secuti sūt ex diuisione sua Greci, nisi vt amisso  
tandē impio Turcis misere seruiāt, & p Chri  
Euāgelio, Mahumeti obscenas leges audiāt?

Quod si nihil horum vos moueat, aliūde ex  
bono & equo tecū agam. Primū sane, ex tua  
ipsius cōfessione, qui alios altera tm spetie vtē  
tes non damnas. Damnas aut eos quicūq; ab  
Ecclesie vnitare recedunt. Id qd' ex ore hic tuo  
sepius audiui. Deinde, ex plerisq; Lutheri tui  
scriptis, qbus eiusmodi diuisionē vehementer  
ipse



*De* *propheta*  
ipse dissuadet et improbat. Tertio ex ipso re-  
euentu, Cum videamus nemini adhuc foelicit  
huiusmodi diuisionē cessisse: Non Grecis sane,  
qui Chrm penē totū pdiderūt sub Turca, Nō  
Bohemis, qui eo schismate florentissimū reg-  
num in calamitates grauissimas p̄cipitauerunt,  
Nō Rusticis nostris q̄z supra Centum Milia  
pessime perierunt, Nō alijs deniq; cōplurimis,  
q̄s et tu bñ nosti et mihi eos hic notare nō libet

Nunc igitur mecum, obsecro, expende, An  
non mater potius q̄ nouerca vobis Ro. Eccle-  
sia dicenda sit, si om̄ia ista & adhuc multo plu-  
ra consyderans, malit vos p̄fecte ad vnitatem  
Ecclesie redire, et integra fidei cōfessione ceteris  
Nationibus p̄ om̄ia cōsentire, q̄ vtraq; spe-  
cie (quam p̄ rebellionē vsurpatis, eo sane tem-  
pore, qñ dicebatis Ro. Pontificem Antichrm,  
Romā Babylonē, Epōs Antichristi Apostolos  
Vniuersitates lupanaria &c.) ad schismatis v̄ri  
abomiabile signū & indicatiū vti, & eā in altere  
mox inde futurū schisma, velut symbolū Lu-  
therianę sectę reseruare, Vnde ceteris Nationi-  
bus essetis semper suspecti, & velut Bohemici  
Calixtini abominabiles: Mihi ergo longe sati⁹  
equiusq; videtur, si serio ad Ro. & Catholicā  
Ecclesiam redire cupitis, vt morem et ritū illius  
nobiscum



nobiscum p̄ omnia obseruetis. Quo ad in Cō-  
cilio generali alic' Spiritui sc̄to & Ecclesie Del  
visum fuerit. Nā & Lutherus vester ita sensit  
& suasisit olim, eo nimirum tempore, q̄ summo fa-  
uore, absq̄ vlla adhuc inconstantie vefaniaeq̄  
eius vel suspitione vel nota, eius a vobis doctri-  
na recipiebatur. Hęc enī sunt verba ipsius. Nō  
dixi, neq̄ consului, neq̄ est intētio mea, vt vn⁹  
aut aliquot Episcopi, ppria autoritate incipiāt,  
alicui vtrancq̄ speciē porrigere, nisi id constitu-  
eretur ac mandaretur in Concilio generali. Et  
ad schedulam Stolpensem adhuc alia permulta  
dixit, que huic vestre petitiōi fortiter obsistūt,  
Ecclesiāq̄ Ro. in sua sententia confirmant, ne  
vobis aut vlli particulari Nationi vtrāq̄ spetiē,  
sine aliarū Nationum consensu permittat.

Luth. in  
declara-  
sermo. d.  
Eucha-  
rist.

### PHILIPPVS

Et videtur hęc res augere reuerentiam erga  
Sacramentum ac religionem populi, qui liben-  
tius vtitur integro Sacramento.

### COCHLAEVS

Nimis cōpertum habem⁹, Philippe, q̄ male  
auxerit reuerentiam erga Sacramentū ritus &  
institutio vestra. Nam antea summa cū reue-  
rentia populus venerabatur hoc Sacramētum  
siue deportaretur ad ifirmos, siue circūferetur

in



*De Sacramento*  
in publicis processionibus, Id quod Catholici ad-  
huc reuerenter obseruant. Posteaq̄ vero coe-  
pistis varia in populū de hoc sacramēto dubia  
spargere, vtpote, Nū sub vtraq̄ specie Laicis  
q̄q̄ cōicandum sit, Nū substantia panis con-  
uertatur in corpus Christi & vinū in sāguinem  
Nū in missa sit sacrificiū, Num in Ciborijs as-  
seruari aut in Mōstrātijs circūferri debeat &c.  
Tum p̄fecto coepit populus negligentior mi-  
nusq̄ reuerēs et venerabundus circa sacramē-  
tū istud fieri. Qñ igitur coepistis populo vtrāq̄  
speciem dare, mox ceciderunt apud vos p̄ces-  
siones consuete, quę hebdomodatim fieri sole-  
bant, Quintis ferijs, Cecidit festū Corpis Chrī  
& celeberrima illius diei veneratio, Ceciderūt  
missę, Ceciderunt cantica, hymni, cerei, lumina-  
ria, ferta, et quicq̄d in veneratiōe Sacramēti  
populus exhibere solebat, Non amplius cum  
honore solito defertur ad infirmos apud vos,  
non comitatur plebs cum incensis candelis, nō  
flectit genua coram Sacramēto in ciborijs, ad  
eleuatiōem eius in missa vix respicit, ad cōio-  
nem sine p̄uia confessione plerumq̄ accurrit,  
Breuiter, infinitis modis non adaucta, s; imi-  
nuta est apud vestros huius sacramēti venera-  
tio, reuerentia, honor, cultus, populiq̄ antiqua  
erga



erga illud deuotio. Quę sane omnia apud nos  
iugiter adhuc pmanēt, vbicunq; populus sub  
vna tm̄ specie cōicatur. Quātos vero esse pu-  
tas, rogo, qui vbi ceperunt vtrāq; spetie extra  
missam dare aut accipere, mox intm̄ ceciderūt  
Sacramenti neglectum atq; esse t cōtemptum  
vt iam sub neutra spetie Ch̄m esse dredant?  
Fallis igitur Philippe, si affirmas, & falleris, si  
credis, ex vtraq; spetie, maiorē populo religiōis  
ac reuerentiā erga sacramentum seu puenisse  
seu accreuisse, Quia de contrario satis nimirūq;  
constat.

Quāuis igit̄ Ecclesia Ro. possit vobis pmit-  
tere, vtraq; spetie vti, Vos tamē vtrāq;, nisi ac-  
cesserit generalis Cōcilij consensus & decretū,  
neq; petere neq; vsurpare extra missam debe-  
tis, quia neq; vobis expedit sed nocet potius  
neq; auget sed minuit ī poplō reuerentiā erga  
sacramentū, Neq; pficit ad vnitatem Ecclesie,  
sed magis officit, scandalūq; parit vicinis, & pa-  
trie infamiā apud exteros. Ergo magis  
equum est, vt vos, qui sub vna spetie integrū  
Ch̄m, quēadmodum nos, esse fateamini, vna  
q; nobiscū specie Laicis, atq; etiam sacerdo-  
tibus non sacrificantibus danda, contenti sitis  
Cum id non damnetis, & ante nouitatē istam

alte



*De coniugio*

litis vñ nobiscum. Quēadmodum & Patres  
Atauiq; vestri, Luther<sup>9</sup> p̄terea vester idipsum  
publice suaserit. Im̄o phibuerit ( vt dictū est )  
nequis absq; Consilij decreto vtranq; dare aut  
sumere attentet .

Que igitur ( malū ) ratio est , hunc schisma<sup>s</sup>  
tis fomitē ptinaciter asserere, aut ita petere , vt  
si non detur pacē ob id reddere nolitis ? Cū id  
reuera neq; vobis neq; patriæ , neq; populis  
vestris , siue ad corporis siue ad aīę salutem cō  
ducat & proffit . Que , rogo , necessitas ad hoc  
vos impellit ? Si Christum integrum sub vna  
specie sumitis , qd amplius desideratis ? Suffi  
cit p̄fecto, sacrificantem p̄ omnib<sup>9</sup>, ad repre  
sentandā Christi passionem , vtranq; distincti  
& consecrare & sumere, Laicis vero, cum non  
sacrificent , satis est , Christum totum sub vna  
specie sumere .

DE CONIVGIO SACERDOTVM.

PHILIPPVS

Cum presbyteri plerunq; cum offensione  
populi & cōtra canones habeāt male moratas  
concu



*Salvo Cotinus*

concupinas, Dignū & hoc esset clementia Pontificia, concedere eis honestas & legitimas coniuges.

COCHLAEVS.

Verum profectò dicis, Philippe, apud nos germanos p̄sbyteris plerūq; cōcupinas esse, & quidē contra canones, Ex hoc tñ nō sequitur vt legitime coniuges eis concedendę sint sed potius, vt iuxta Canonū seueritatem puniri debeant concubinarij sacerdotes, Ne p̄desse illis videat̄, peccasse, Contra canones .n. agentib⁹ non vxor, sed pena debetur. Neq; clementia sed negligentia potius est p̄sbytero fornicati & contra votum suū publicosq; canones p̄uaricanti, nuptias, velut premium male actorū concedere, Cum debeat ei su⁹ Ep̄s poenam potius irrogare.

PHILIPPVS.

Siquis hic disputet, quid de Digamis faciendū sit, id potest iuxta Canones cōstitui, postq; Ep̄i recuperauerint obedientiam.

COCHLAEVS.

Ecclesia Ro. neq; habet, neq; admittit sacer  
dotes



*De coniugio sacerdotum*  
dotes Digamos, quales vos hodie permultos  
habetis, cū ne Monogamos quidē sacerdotes  
habeat. Quod si B. Hieronymo credim⁹ Aeg  
iptiq; & Orientis Ecclesie sacerdotes ordina  
bant aut virgines aut qui mariti esse desierant.  
Duplex igitur hic fateris Philippe pctm̄ vrm  
Vnū, q̄a digamos esse finitis vros p̄sbyteros,  
Alterum, quia Ep̄is obedientiā debitā subtra  
xistis. Si ergo iusti esse vultis, reddere debetis  
vnicuiq; quod suū est, Nēpe obedientiā Ep̄is,  
celibatum p̄sbyteris, sua vota monasticis, sua  
monasteria sacris virginibus. ꝛc.

### PHILIPPVS.

Quod de monachorū & monialiū connubio  
disputat̄ videt̄ id q̄q; in potestate p̄tificis esse  
qui sepe dispensauit, Vtinā hoc tēpore non sit  
durior, neq; dissuat p̄sentia connubia monache  
orum & monialiū. Constat n. quō pleriq; ado  
lescētes et puellę, ī hoc gen⁹ vite, anteq; iudica  
re possent, inciderint, Et in posterum caueri  
potest, ne quid tale accidat.

### COCHLAEVS.

Siq̄n dispensauit Ro. Pontifex super votis  
Monasti.



*Favores castitatis*

Monasticis ex summis & maxie virginib<sup>9</sup> cau-  
sis, que totū regnum aut puinciā aliquam con-  
cernebant, idq; rarissimē & maxima cum diffi-  
cultate factū est. Non recte igit̄ dicis tu Phi-  
lippe, Sepæ, Nec recte in consequentiā trahis,  
contra leges & canones, quod rarissime ac dif-  
ficillime factū est, Neq; etiam recte vocas p̄sen-  
tia cōnubia monachorū & monialiū, que Sācti  
Doctores, Ambrosi<sup>9</sup> Hieronym<sup>9</sup> Augustin<sup>9</sup>  
& id gen<sup>9</sup> alij uocant incesta sacrilegia. De q<sup>o</sup>  
bus & Ap<sup>l</sup>us p̄nuntiat, q̄ habeant damnatoz  
suam, quia primā fidem irritam fecerūt. Et tu  
ipse insinuas, in posterū posse caueri, nequid  
tale accidat. Id nō faceres, credo nisi putares ip-  
se, illicita esse eiusmodi contubernia verius q̄  
cōnubia. Quid ergo, si qua filia nuberet patri  
aut fratri suo, Nūquid ibi dicetis, Quod Deus  
cōiunxit, hō non separet? Nunquid obijcietis  
illud, Prohibētium nubere? Non puto Et tñ  
in Euāgelio & Paulo nusq; legitur tā sceleratū  
cōnubiū expressis verbis p̄hibitū esse. Frustra  
igit̄ de monachorū & monialiū connubijstalia  
nobis obijciunt vestri. Id n, grauius videtur  
pctm, vbi incestum est sacrilegiū. At si dicas,  
In Leuitico p̄hiberi filie incestum, quid tū? p̄hi-  
bent̄ & alia ibi multa de cibis, vestib<sup>9</sup> & rit-  
B tibus

ltos  
ores  
Ae  
ina  
ant.  
m  
ros,  
tra  
etis  
pis,  
sua  
  
bio  
esse  
n sit  
che  
ado  
ica  
meri  
  
otis  
sti,





*De ...*  
tibus, De quibus ipsimet dicitis, Moses in lege  
nova non obligat. Et ecclesia quedā prohibet  
q̄ ibi admittūtur p̄sertim ī gradibus affinitatis  
& cōsanguinitatis monachis aut̄ & monialib⁹  
nusq̄ & nūq̄ licitū fuit nubere. Non sunt igit̄  
iusta eorū cōnubia, nec licite sūt cōsuta, rectius  
itaq̄ disuuntur, que male cōsuta, pessime  
coierunt.

### PHILIPPVS.

Si videt̄ difficile, tā multa p̄mittere, Cogitet  
R. D. V. p̄ sua sapientia, sepe extitisse aliquos  
temerarios motus in reb⁹ pub. quos duxerint  
sapiētes viri magis equitate superiorum sanan-  
dos esse q̄ irritādos, acerbe et summo iure agē-  
do, Et p̄serti decet hęc Clemētia sedē Aplicā,  
infirimos recipere, Et scriptū est, Misericordia  
vincat iudicium. Si Monasteria fuissent hac-  
ten⁹ gubernata iuxta canones, non extitissent  
inde hi tumult⁹. Antea oportuit cōseruare ri-  
gorē Canonum & disciplinā, nunc serū est re-  
medium, facilius sanari hęc mala possunt disti-  
mulando, q̄ acerbe Canonum rigorem ex-  
asperando.

cochlaeus

COCHLAEVS.



*... de ...*

Non immerito videtur difficile, tam multa,  
que tu ipse illicita putas, permittere, ijs p̄sertim,  
qui hec mala sua, vt ipsemet vocas, nolunt vel  
agnoscere vel de ijs p̄nitere aut veniã petere  
qui pctã sua defendunt, qui Papam execrãtur  
qui Canones conculcant, immo cõburunt, qui  
non ex humana fragilitate, sed ex p̄posito &  
certa malicia p̄uaricantur, Qui neq; Deo neq;  
hõib⁹ fidem datam seruãt, & superioribus suis  
pertinaciter adhuc hodie resistunt et maledicunt  
& in profundo malorũ cõtemnunt. Qua igitur  
fronte p̄ talibus, queso, intercedis Philippe, &  
intercedendo pctã eorum defendis, aut saltem  
in ea consentis? An nescis scriptũ esse, Nõ solũ  
qui talia faciunt, sed & qui facientibus consen-  
ciunt digni sunt morte? Ostende mihi queso,  
ex om̄ibus om̄ium gentiũ Oratoribus vnum  
qui vnq; tales reos defendit, qui p̄ talib⁹ inter-  
cessit, qui Iudicis clementiã implorauit. Nouũ  
p̄fecto hic Oratorem agis, Quippe qui tales  
reos producis & pro eis intercedis, qui de pctis  
suis non p̄nitent sed gloriantur, qui iudicem  
non dep̄cantur sed impugnant, & velut Anti-  
christũ execrant, qui poplum i seditiões p̄sepe  
concitãt



cōcitarunt & adhuc cōcitare non desinūt Noli  
igitur, bone Philippe, q̄ a culpa sceleratissimoꝝ  
rum Apostatarū, in factō & vita longe abes,  
tuam polluere vel consciētiā vel famā, p̄ talia  
bus intercedendo, quia intercedendo flagitijs  
eorum consentire videris.

Si quos habes ex illo hyrcorū grege, qui nō  
ex p̄posito & destinata mentis malicia, sed ex  
infirmitate carnis preuaricati sunt, qui pœnitēt  
qui culpam agnoscūt & dep̄cātur & deinceps  
desistere volunt, qui iudicis misericordiā obtes  
tantur, qui supplicat, q̄ sordida veste p̄hēfant  
qui ad pedes iudicis prouoluti, lachrymis et sin  
gultibus crebris veniam petunt, qui prolibus  
ita procreatis misereri iudicem orant, qui male  
deceptis puellis, quas coniugū vice habēt, par  
cere pl̄ q̄ sibi desyderāt, qui deniq; errores su  
os circa fidē cōfitēt, dānāt et abiurāt, sibiq; ig  
nosci a iudice petūt et de admissis pœnitēt, Ibi et  
ego, Philippe, lachrymas meas p̄cesq; v̄ris cō  
iūgā et vobiscū supplex orabo, vt a iudice mise  
ricordia talibus reis impertiatur, Ceterū si p̄ ijs  
rogas apostatis, qui glorianē in malicia, & ex  
ultant adhuc in rebus pessimis, immo qui iudi  
ci &



ai & vniuersę Ecclesię insultant qui eo meli-  
ores videri volunt, quo plures moniales ab-  
duxerunt & stuprauerunt, qui non liberorũ, sed  
voluptatis causa vxores querunt, vnã post al-  
terã, qui vnã hic, aliã alibi male deceptã de-  
serunt, & tertiam aut quartã sup inducunt, vt  
videãtur eodẽ tẽpore tres aut quatuor habere  
vxores viuas atq; supstitas in diuersis locis, qui  
deniq; in cunctis Lutheri erroribus pertinaciter  
asserẽdis perdurãt, quod pfecto faciunt ferme  
oēs, qui mihi fama noti sunt. Hic ego neq; p-  
ces neq; lachrymas meas tuis coniũgã, sed frõ-  
tem poti⁹ obdurabo, & rogabo iudicẽ, ne cle-  
mẽtiam suam vane profundat in eos qui non  
poenitent nec misericordiã petunt, sed in malo  
obstinati, perpetuo male agere cupiunt. Te ip-  
sum certe tã iniquũ iudicem fore non puto, vt  
equũ esse censere velis, nisi talibus venia detur  
patrię bellũ inferendũ esse, & propter eos totã  
oportere turbari Ecclesiam, Germaniamq; in  
manus Turcarũ tradi.

DE MISSA. PHILIPPVS.

De missa retinemus publicas Ceremonias,  
tantũ numerus nõ est par. Si cetera impetrari  
poterunt



*De Missa*

poterūt, non diffido quā etiam cōtrouersie de  
Missa componi possint. Certe prodest Ecclesie  
vt hec ceremonia religiose fiat, & fit apud nos  
religiosissime, semper enī aliqui antea confessi  
& absoluti, sumūt ibi corpus domini.

**COCHLAEVS.**

Nosti Philippe, q̄ horreda i Missam scripserit  
in plerisq; libris & sermōib<sup>9</sup> Luther<sup>9</sup> vester, &  
quāto sit missa contemptui, apud oēs qui sequi  
ūtur illū, & q̄ varie a uestris p̄scripte sint mis-  
sandi (vt loquimini) formulę, q̄ confuse agāt  
a vris oēs missarū Ceremōie cōtra pristinū cō-  
suetūq; ritū, nūc latie, nūc teuthonice, q̄ p̄ter-  
ue a vestris omittatur illud quod nos patresq;  
nostri oim sacratissimū in missa habem<sup>9</sup>, nem-  
pe Sacer Canon, quē ironice sacerrimū, hoc est  
execrabilissimū, & summā Idololatriā abomi-  
natiōzq; vocat ipse Lutherus. Nec ignorare te  
puto, plurimos e plebe persepe apud vestros  
cōicasse sine confessione p̄uia, immo plerosq;  
laicos missam presbyterorū loco celebrasse, &  
quosdā e foro ad sacramentū accurrisse, velut  
sues ad harā. Hęc vulgo nota sunt oibus. Ergo  
si fecte non agis, p̄stare te oportet, vt ista oblite-  
rentur



*De cibis*

rentur, & ritus antiqui a vestris recipiantur.

DE CIBIS. PHILIPPVS.

De cibis & similibus rebus leues sunt controversae cum contigerint rursus Episcopis obedientia et Iurisdictio Ecclesiastica, plurima alia quae constitui poterunt, Nec grauantur nostri, parere Episcopis, modo recipiant eos, Haecenus misere excruciatum sunt sacerdotes propter ductas uxores et similia, Nunclibenter parebunt, sublato illo periculo.

COCHLAEVS.

Bene promittis Philippe, & prestabis forte promissa, quantum ad te attinet. Quantos autem ex vestris esse putas, qui talia non prestant, neque prestare intendant? Nosti sane, qualia nuper in nouissimo ad Episcopos libello suo scripserit Lutherus, audisti & hic per saepe, qualia pro contionibus dixerint plerique vestrum, Nec te latet, quae male adhuc sentiant & loquantur de Papa & Episcopis plurimi, ne dicam omnes, qui Lutherum sequuntur. Neque item ignoras, quantum ex esu carnum in Quadragesima.



dragesima & sextis ferijs populo datum sit.  
Difficillimū igitur tibi fore arbitror, hęc pro-  
missa tueri, prestare aut reddere. Et vereor  
ne sero dicturus sis illud Sapientis, Spon-  
di pro amicis meis, defixi apud extraneum ma-  
num meam, illaqueatus sum &c.

### PHILIPPVS.

R. D. V. sine magno negotio poterit con-  
stituire concordiam, & pacem, his tā paucis  
rebus vel dissimulatis vel relaxatis. Christus  
pacificos ait beatos esse, & vocat filios dei, hūc  
titulum, hanc laudem vere dignam ista vestra  
& autoritate & virtute, consequi in hac cau-  
sa facillime potest R. D. V. Ideo oro eam  
propter deum, vt in his rebus aliquid de sum-  
mo iure remittat, & mitiget canones, qui &  
ipsi sepe fatentur, se temporibus cedere, Pro-  
fecto maior confusio Ecclesie metienda est,  
si res vi tantum ageat tam multis apud nos sa-  
cerdotibus & alijs bonis viris interfectis, qui  
fideliter docent religionem Christianam, &  
hactenus plerasq; hereses represserunt.

### COCHLEVS.

preca.



*ibid*

Precaur & nos, Philippe, atque suppliciter petimus, vt Cæsarea maiestas simul cum legato Pontificio cunctisq; sacri Ro. imperij Principibus & Proceribus ac Statibus hinc nõ discedant, anteq; pacem veram solidamq; in Ecclesia cõstituant, fictam vero & ex metu ad tempus simulatam pacem neq; petimus neq; offerimus, quia fieret (quod metuo) no- uissimus error peior prioribus. Si igitur ex ani- mo & vere pacem desideratis, equas, obsecro pacis conditiones, quas sacratiss. Cæsa. M. tas & legatus simul cum imperij Electoribus & Principibus, vtrisq; nobis præscribent, nobiscum acceptate, Et media, p̄ que solida & diu- turna pax fieri & conseruari queat, non ex- cludite, Impedimenta vero pacis e medio tolli- finite. In definitiuam huiusmodi arbitrorum sententiam compromittite nobiscum. Non credite plus vobis ipsis quam superioribus ves- tris ac nostris, Ne contra sapientis consilium vestræ inuitamini prudentiæ, & soli sapere vide- amini. Hęc inquam facite & præstate nobiscum, vt semel cesset omnis de fide & religio- ne inter nos cõtentio, fessi iam sumus ex vtra- q; parte, & omnis populus certam petit sen- tentiam



sentiam, **E**ia igitur Philippe, age cum tuis ef-  
ficaciter, vt veram non fictam pacem habeas  
omnium Amen Amen.

**H**ec Auguste quidem scrip-  
ta, sed Lipsie excusa sunt,  
p Valent. Schuman.

Die 4. Maij.

Anno dñi 1531

no & vere pacem desideratis, equas, obiecto  
pactis conditiones, quas iactatis. Cetera, M. r. s.  
& legatus imperii, hic fortiter &  
principibus, vobis nobis presentibus, nobis  
cum acceptatis, hic media, hic solida & diu-  
tina pax fiet & conseruetur, non ex  
iudice, impedimentum vero pacis, medio tolli  
sunt. In demeritum huiusmodi arbitrorum  
sanciantur, componantur, nobiscum, Non  
credite plus vobis ipsis quam imperatoribus vobis  
his actibus, Ne contra sapientis consilium  
vobis inuicem prudentes & solis vobis vide-  
antur. Hec inquam factis & prestare nobis  
cum, vt semel cesset omnis de hoc & religio-  
ne inter nos contentio, tollantur omnes ex vtra-  
que parte, & omnis populus certam pacem  
sentiant.




























Ung. TB 90


ULB Halle 3  
003 078 345



86

VD 7700





Reg  
cum  
E  
E  
An  
N  
E  
G







## REVERENDO IN CHRISTO

Patri ac Dño. D. Petro, Dei gratia  
Abbati Portensi, prudentia, vi-  
gilantia pietate meritisque cō-  
spicuo. S. D.

**R**EVERENDE PATER AC DOMINE PER *Quam*  
gratiose, nouos hisce diebus libellos Teutonicos edi-  
dit Martinus Lutherus, quibus impudentissime furie  
debachatur atque calumniatur publice, non solum in Papam  
Cardinales, Episcopos oēmque Clerum, verum etiā in Caesaris  
nostri oīmque Principū et statuū sacri Roma. Imperij Edictū  
publicum et in Acta Comitiōrū Augustensium, Noīatim  
Vero traducit Insignes eruditione, prudētia, longaque pluri-  
marū et maximarum rerum experientia viros, Duos Car-  
dinales, Campegiū et Salcsburgensem, Sedis Apostolicæ  
Legatos, hunc natū, illū de latere, Idque facit ex verbis, que  
suggessit ei M. Phil. Melanchthon, iam uti non ignoro,  
Philippū illū priuatū cursitasse Augustæ ad multos, ac dul-  
cia dedisse verba, quibus rhetorice cōmendabat sectæ suæ  
doctrinas, Ita minime credo, Cardinales illos dixisse ea ver-  
ba, que ex ore Philippi sui iactitat Lutherus, Nēpe Campe-  
gium dixisse, Possē quidē admitti eorum dogmata, sed prop-  
ter exēplū, ne ab alijs quoque Natiōibus adprobētur, admitti  
non debere. Salcsburgensem vero. Placere quē sibi eiusmodi  
doctrinas, sed displicere locū, quia indignū sit, ex angulo et  
antro Vuittenbergæ prodire ac mūdo prescribi talia dog-  
mata

a ij